

motheus in juvenili adhuc ætate constitutus,  
recte tamen & sufficienter informatus ab abia,  
*Loide*, & a matre Eunice, in primis autem ab  
ipso Paulo. 2. Tim. I, 13. c. III, 10. 14. Didicerat  
etiam Scripturam ab infantia v. 15. Unde jam  
sapienter factus cum Präceptor suo, Paulo,  
gloriari poterat: *Cum essem infans, ut infans  
loquebar, ut infans sapiebam, ut infans ratio-  
cinabar: Postquam autem factus sum vir, ut  
inutilia sustuli, quæ infantis erant.* 1. Cor. XIII, II.  
Idque ipsemet Magister ejus, Paulus, ex multis  
examinibus, variisque actionibus percepserat.  
Quare eum, utpote satis eruditum & idoneum.  
Incolis Cretæ, Christianis, Episcopum consti-  
tuerat. Quemadmodum vero Paulus Erudi-  
tionem & prudentiam Timothei intime, opti-  
meque cognoverat, ita non minus noverat, quo-  
modo mundus erga Ecclesiæ ministros, quan-  
quam pios, modestos, eruditos & prudentes sit  
animatus. Didicerat ex Scriptura, quanta in-  
fania atque malitia insignem Prophetam, Elisam,  
tractaverint pueri e Bethel, clamantes: *adscende  
calve, adscende calve!* 2. Reg. II, 23. Legerat,  
quid Lothro, Concionatori justitiæ, Sodomi acci-

A 3

derat: